


° C O R P U S  
I U R I S G E R M A N I C I

A N T I Q U I.

EX OPTIMIS SUBSIDIIS COLLEGIT EDIDIT ET  
LECTIONUM VARIETATEM ADIECIT

F E R D . W A L T E R

IUR. DOCT. ET PROF. PUBL. ORD. IN ACADEMIA  
BORUSSICA-RHENANA.



TOM. I. PARS I.

LEGEM SALICAM, RIPUARIORUM, ALAMANNORUM,  
BAIUVARIORUM, BURGUNDIONUM, FRISIONUM,  
ANGLIORUM ET WERINORUM, SAXONUM,  
ET EDICTUM THEODERICI CONTINENS.

---

B E R O L I N I  
I M P E N S I S G. R E I M E R I.

M D C C C X X I V .

# LEX RIPUARIORUM.

---

## INCIPIUNT CAPITULA LEGIS RIPUARIORUM.

- |  |   |
|--|---|
| 1. <i>De ictu ingenuorum.</i>                            | 20. <i>De effusione sanguinis.</i>                  |
| 2. <i>De sanguinis effusione.</i>                        | 21. <i>De osse fracto servorum.</i>                 |
| 3. <i>De osse fracto.</i>                                | 22. <i>De osse fracto ingenuorum a servo.</i>       |
| 4. <i>De puncto.</i>                                     | 23. <i>De ictu servorum a servo g).</i>             |
| 5. <i>De debilitatibus.</i>                              | 24. <i>De sanguinis effusione servorum a servo.</i> |
| 6. <i>De castratione.</i>                                | 25. <i>De osse fracto servorum a servo.</i>         |
| 7. <i>De homicidio ingenuorum f).</i>                    | 26. <i>De debilitatibus servorum.</i>               |
| 8. <i>De homicidiis servorum.</i>                        | 27. <i>De castratione servorum.</i>                 |
| 9. <i>De homicidiis hominum Regis.</i>                   | 28. <i>De interfectione servorum h).</i>            |
| 10. <i>De homicidiis hominum ecclesiasticorum.</i>       | 29. <i>De furtis servorum.</i>                      |
| 11. <i>De homicidiis eorum qui in truste Regis sunt.</i> | 30. <i>De interpellatione servorum i).</i>          |
| 12. <i>De homicidiis mulierum.</i>                       |   |
| 13. <i>De homicidiis puellarum.</i>                      |   |
| 14. <i>De muliere ecclesiastica.</i>                     |   |
| 15. <i>De homine mordrido.</i>                           |   |
| 16. <i>De captivato homine, vel femina ingenua.</i>      | <b>Editio Heroldina inserit:</b>                    |
| 17. <i>De incendio.</i>                                  | (31) <i>De servo representando.</i>                 |
| 18. <i>De sonesti.</i>                                   | (32) <i>De servo intra datum lapso.</i>             |
| 19. <i>De ictu servorum.</i>                             |   |

f) Herold. *De homicidio.*  
h) Herold. *servorum a servo et incendio etc.*

g) Herold. et Lindenbr. *in servo.*  
i) Lindenbr. *De interpellatione*

31. (33) *De homine ingenuo repraesentando.*      52. (54) *De re praestata n).*  
 32. (34) *De mannire.*      53. (55) *De eo qui Graftonem interfecit.*  
 33. (35) *De intertiare.*      54. (56) *De corporibus expoliatis.*  
 34. (36) *De raptu ingenuarum mulierum k).*      55. (57) *De Rachinburgiis o) legem dicentibus.*  
 35. (37) *De eo qui uxorem alienam tulerit.*      56. (58) *De alodibus.*  
 36. (38) *De diversis intersec-tionibus.*      57. (59) *De libertis a domino ante p) Regem di-missis.*  
 37. (39) *De dotibus mulierum.*      58. (60) *De tabulariis.*  
 38. (40) *De eo qui hominem in-no-centem ad Regem accusaverit.*      59. (61) *De venditionibus.*  
 39. (41) *De eo qui ingenuae mulieri manum vel brachium strinxerit.*      60. (62) *De traditionibus q) et testibus adhiben-dis.*  
 40. (42) *De caballo extra con-silium domini sui ascenso.*      61. (63) *De libertis secundum legem Romanam.*  
 41. (43) *De ligaminibus inge-nuorum.*      62. (64) *De homine qui ser-vum tributarium fa-cit.*  
 42. (44) *De venationibus.*      63. (65) *De homine in hoste occiso.*  
 43. (45) *De sepibus.*      64. (66) *De homine in domo propria occiso.*  
 44. (46) *De eo qui in messe aliena cum carro transierit. l).*      65. (67) *De eo qui bannum non adimplet.*  
 45. (47) *De eo qui m) nesci-ente homine aliquam furtivam rem in do-mum illius introdu-xerit.*      66. (68) *De sacramento.*  
 46. (48) *De quadrupedibus, si hominem occiderint.*      67. (69) *De eo qui filium non relinquit.*  
 47. (49) *De vestigio minando.*      68. (70) *De osse super viam sonante, vel r) abs-que effusione sanguinis.*  
 48. (50) *De homine qui sine heredibus moritur.*      69. (71) *De eo qui Regi infidelis extitit.*  
 49. (51) *De adfamire.*      70. (72) *De homine a ligno in-terfecto.*  
 50. (52) *De testibus adhibendis*      71. (73) *De festuca intercur-rente.*  
 51. (53) *De eo qui Graftonem ad res alienas invi-tat.*      72. (74) *De homine intertiato vel pecore mortuo.*

k) Herold. *ingenuorum vel mulierum.*      l) Herold. *De his qui — transierint.*      m) Herold. *De his qui etc.*      n) Herold. *praestita.*  
 o) Herold. *rathinburgiis.*      p) Herold. *ad.*      q) Lindenbr. *De testa-mentis Regum vel de traditionibus.*      r) Lindenbr. *et.*

73. (75) *De homine ligato absque iudicio dimisso.* pondeat ante quindecim annos.
74. (76) *Ut nullus cum servo traditionem vel comparationem s) faciat.* 82. (84) *De damno in messe vel in clausura.*
75. (77) *De re propria vel secuta.* 83. (85) *De maleficio.*
76. (78) *De materiamine, vel lignis furatis.* 84. (86) *De Grafione iniuste invitato.*
77. (79) *De homine furbatudo.* 85. (87) *Decorpore expoliato.*
78. (80) *De eo qui furem in domo receperit.* 86. (88) *De caballo excorticato.*
79. (81) *De homine penduto et eius hereditate.* 87. (89) *De homine forbanito.*
80. (82) *De viae lacina.* 88. (90) *Ut nemo munera in iudicio accipiat.*
81. (83) *Ut parvulus non res-* 89. (91) *Ut iudices sive Missi fiscales t) freda non exigant prius, quam facinus componatur*

## EXPLICIUNT CAPITULA.

s) Herold. *commutationem.*t) Herold. *seu commissi fiscales.*

**INCIPIT LEX RIPUARIORUM.****TIT. I. De Ictu ingenuorum.**

**Si quis ingenuus ingenuum ictu percusserit, solido uno culpabilis iudicetur, si bis, duobus solidis. Si ter, tribus solidis culpabilis iudicetur.**

**TIT. II. De sanguinis effusione.**

**Si quis ingenuus ingenuum percusserit, ut sanguis exeat, terramque tangat, bis novem solidos culpabilis iudicetur. Aut si negaverit cum sex iuret.**

**TIT. III. De osse fracto.**

**Si quis ingenuus ingenuo in quolibet membro os fregebit, XXXVI. solidis culpabilis iudicetur, aut cum sex iuret.**

**TIT. IV. De puncto.**

**Si quis ingenuus alterum transpuncxerit, aut infra costas plagaverit, XXXVI. solidis culpabilis iudicetur, aut cum sex iuret.**

**TIT. V. De debilitatibus.**

**I. Si quis ingenuus ingenuo auriculam excusserit, ut audire non possit, centum solidis culpabilis iudicetur. Si**

**u) Herold. In nomine Domini nostri Iesu Christi, incipit ordo legis Ripuariae. v) Cod. Goth. add. absque sanguine facto. w) Herold. XV. solidos culpabilis iudicetur. Reliqua vero omittit. x) Guelf. Herold. et Lindenbr. XVIII. solidos. y) Lindenbr. negare voluerit. z) Guelf. cum VII. iuret. Et sic quoque in sequentibus. a) Herold. aut si negaverit.**

autem auditum non perdiderit quinquaginta solidos componat.

II. Si nasum excusserit, ut muccare non possit *b*), centum solidis culpabilis iudicetur. Si muccare praevalet, quinquaginta solidos componat.

III. Si quis ingenuus ingenuo oculum excusserit, centum solidis culpabilis iudicetur. Si visus in oculo restiterit, ita ut videre possit *c*) quinquaginta solidis culpabilis iudicetur.

IV. Si manum excusserit, centum solidis culpabilis iudicetur. Si manus ibidem manca pependerit, quinquaginta solidos componat.

V. Si quis ingenuus ingenuo pollicem excusserit, quinquaginta solidis culpabilis iudicetur. Quod si pollex ibidem mancus pendiderit, viginti quinque solidis culpabilis iudicetur.

VI. Sic in omni mancatione, si membrum manuum pendiderit *d*), medietatem componat quam componere debuerat, si ipsum membrum abscissum fuisset.

VII. Si secundus digitus, unde sagittatur, excussus fuerit, triginta sex *e*) solidis componatur.

VIII. Si quis ingenuus ingenuo pedem excusserit, centum solidos componat. Si pes mancus ibidem pendiderit, quinquaginta solidis culpabilis iudicetur.

IX. Si articulum qualecumque amputaverit, triginta sex *f*) solidis culpabilis iudicetur.

X. Ista omnia si negaverit, cum sex iuret quod hoc non fecisset.

### TIT. VI. De castratione.

Si quis ingenuus ingenuum castraverit, ducentis solidis culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum duodecim *g*) iuret.

### TIT. VII. De homicidio ingenuorum.

Si quis ingenuus hominem *h*) ingenuum Ripuarium interfecerit, ducentis solidis *i*) culpabilis iudicetur. Aut si negaverit cum duodecim *k*) iuret.

### TIT. VIII. De homicidiis servorum.

Si quis servum interficerit, triginta sex solidis culpabilis iudicetur, aut *l*) cum sex iuret quod hoc non fecisset.

*b*) Goth. *Ut muccum retinere non possit*, *L. sol. culp. iud.* *c*) Herold. *videre non possit*. Cod. Corbion. *videre non poterat* *d*) Lindenbr. *pependerit*. *e*) Guelf. XXXV. *f*) Guelf. XXX. *g*) Guelf. *cum VII.* *h*) Herold. *homo.* *i*) Herold. *CCC. sol.* *k*) Guelf. *cum VII.* Sichard, *cum XIII.* *l*) Lind. addit: *si negaverit.*

**TIT. IX. De homicidiis hominum Regis.**

*Si quis hominem regium interficerit, centum solidis culpabilis iudicetur, aut cum duodecim iuret.*

**TIT. X. De homicidiis hominum ecclesiasticorum.**

*I. Si quis hominem ecclesiasticum interficerit, centum solidis culpabilis iudicetur, aut *m*) cum duodecim iuret.*

*II. Sic in reliqua compositione, unde Ripuarius quindecim solidis culpabilis iudicetur, regius et ecclesiasticus homo medietatem componat, vel deinceps quantumcumque culpa ascenderit.*

**TIT. XI. De homicidiis eorum, qui in trustee Regis sunt.**

*I. Si quis eum interficerit qui in trustee regia est, sexcentis solidis culpabilis iudicetur. Et quicquid ei fiet, similiter sicut de reliquo Ripuario in triplum componatur.*

*II. De occidente eius, si negaverit, cum septuaginta duobus iuret.*

*III. Si quis regio aut ecclesiastico homini de quacunque libet re forciam fecerit, et per vim tulerit, in triplum sicut reliquo Ripuario *n*) componat.*

**TIT. XII. De homicidiis mulierum.**

*Si quis feminam Ripuariam interficerit, postquam parturire *o*) cooperit, usque ad quadragesimum annum, sexcentis solidis culpabilis iudicetur. Aut si negaverit *p*) cum septuaginta duobus iuret. Et ubiunque sexcenti solidi accedunt, simili modo cum septuaginta duobus iuret.*

*II. Si ille homo pauper fuerit, ut insimul solvere non possit, per tres decessiones filiorum *q*) solvat.*

**TIT. XIII. De homicidiis puellarum.**

*Si quis puellam Ripuariam interficerit, ducentis solidis culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum duodecim iuret.*

**TIT. XIV. De muliere ecclesiastica.**

*I. Si quis feminam regiam aut ecclesiasticam parientem interficerit, trecentis solidis culpabilis iudicetur, aut cum triginta sex iuret.*

*II. Quod si puellam post quadragesimum annum interficerit, ducentis solidis culpabilis iudicetur, aut cum duodecim iuret.*

---

*m) Lind. addit: si negaverit. n) Guelf. reliqui Ribuarii. o) Corbion. parere. p) Tilius: si negare voluerit. q) Sichard. successiones liberorum.*

## TIT. XV. De homine mordrido.

Si quis ingenuus ingenuum Ripuarium interficerit, et eum cum ramo *r*) cooperuerit, vel in puteo *s*) seu in quo cunque libet loco celare voluerit, quod dicitur *mordridus*, *t*) sexcentis solidis culpabilis iudicetur, aut cum septuaginta duobus iuret.

TIT. XVI. De captivo *u*) homine vel femina ingenua.

Si quis ingenuus ingenuum Ripuarium extra solum *v*) vendiderit, et iterum eum ad solum non potuerit reducere, sexcentis solidis culpabilis iudicetur, aut cum septuaginta duobus *w*) iuret. Et si eum in solum reduxerit, ducentis solidis culpabilis iudicetur. Quod et de femina ingenua similiter convenit observare.

## TIT. XVII. De incendio.

I. Si quis hominem per noctem latenter incenderit, sexcentis solidis *x*) culpabilis iudicetur, et insuper damnum et delaturam restituat. Aut si negaverit, cum septuaginta duobus iuret.

II. Si servus hoc fecerit, XXXVI. sol. culp. iud. et insuper damnum et delaturam restituat. Aut si negaverit, dominus eius cum sex iuret.

## TIT. XVIII. De sonesti.

I. Quod si ingenuus sonesti *y*), id est, duodecim equas cum amissario *z*), aut sex scrovas *a*) cum verre, vel duodecim vaccas cum tauro furatus fuerit *b*), sexcentis solidis culpabilis iudicetur, et insuper capitale et delaturam restituat. Quod si multi ingenui fuerint, sicut in omni furto *c*) constituimus, unusquisque sexcentis solidis culpabilis iudicetur, et insuper capitale et delaturam restituat. Aut si negaverint, singuli cum septuaginta duobus iurent.

II. Quod si servus hoc fecerit, triginta sex solidis culpabilis iudicetur, et insuper capitale et delaturam restituat. Et si multorum servi fuerint, unusquisque per semet ipsum similiter faciat. Aut si negaverint, domini eorum cum sex iurent. *d*)

III. Si homo ecclesiasticus aut regius hoc fecerit, me-

*r*) Cod. Met. *rama*. *s*) Corbion. *pucio*. *t*) Lind. *mordrido*.  
*u*) Herold. *captivato*. *v*) Corbion. *consilium*. *w*) Goth. *cum LXX*. *x*) Goth. *CC. sol.* *y*) Goth. *senosti id est XV. equas*. Herold. *de sonesti*. *z*) Al. Cod. et Edit. *amessario*; *amassario*; *admissario*. *a*) Til. et Lind. *scrofas*. *b*) Corbion. *furaraverit*. *c*) Corbion. *sicut in omne texagam*. Goth. *in omni texaga*. *d*) Corbion. dominus iuret.

dietate compositionis Francorum culpabilis iudicetur. Aut si negaverint, cum triginta sex iuret.

### TIT. XIX. De ictu servorum.

I. Si *e)* ingenuus servum ictu percusserit, ut sanguis non exeat, usque ternos *f)* colpos *g)* (quod nos dicimus bennislegi *h)* singulos solidos componat. Aut si negaverit, cum sex iuret.

II. Si homo ecclesiasticus aut regius fecerit, tribus solidis culpabilis iudicetur, aut cum sex iuret.

III. Quod si servus homini regio aut ecclesiastico vel Franco hoc fecerit, per ternos ictus tres solidos componat. Aut si negaverit, dominus eius cum sex iuret.

### TIT. XX. De effusione sanguinis.

I. Si servus ingenuo aut regio vel ecclesiastico homini sanguinis effusionem fecerit, quinto dimidio solidi *i)* culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, dominus eius cum sex iuret.

II. Similiter si ingenuus aut regius vel ecclesiasticus homo hoc servo fecerit *k)*, quinto dimidio solidi culpabilis iudicetur, aut dominus eius cum sex iuret.

### TIT. XXI. De osse fracto servorum.

Quod si ingenuus aut regius vel ecclesiasticus homo servo os fregerit, novem solidis culpabilis iudicetur, aut dominus eius *l)* cum sex iuret.

### TIT. XXII. De osse fracto ingenuorum a servo.

Quod si servus homini Franco aut Ripuario os fregerit, dominus eius triginta sex solidis culpabilis iudicetur. Si autem regio aut ecclesiastico homini hoc fecerit, bis novem solidis *m)* culpabilis iudicetur.

### TIT. XXIII. De ictu servorum in servo.

Quod si servus servum ictu uno vel duobus seu tribus percusserit, nihil est. Sed tamen propter pacis studium, tremissem, id est, quatuor denarios, componat.

### TIT. XXIV. De sanguinis effusione servorum a servo.

Si autem servus servo sanguinis effusionem fecerit, tertio dimidio solidi *n)* culpabilis iudicetur.

---

*e)* Lind. *Si quis.* *f)* Met. *usque dum ternos.* Til. et Lind. *usque ad ternos.* *g)* Sichard. *colaphos.* *h)* Desunt in edit. Lindenbrog. et Herold. *i)* Herold. et Sichard. *quinque dimidiis solidis.* Til. *quinque et dimidio.* *k)* Corbion. *servo osso fregerit.* *l)* Deest. in edit. Herold. *m)* Herold. et Lind. et alii: *XVIII. sol.* *n)* Sichard. *tribus dimidiis solidis.*

**TIT. XXV.** De osse fracto servorum a servo.

Si os ei fregerit, quinque solidis culpabilis iudicetur.

**TIT. XXVI.** De debilitatibus servorum.

Quod si oculum, auriculum, nasum, manum, pedem excusserit, bis novem solidis dominus eius culpabilis iudicetur.

**TIT. XXVII.** De castratione servorum.

Si autem eum castraverit, triginta sex solidis culpabilis iudicetur, aut *o)* cum sex iuret.

**TIT. XXVIII.** De interfectione servorum a servo.

Si autem servus servum interficerit, dominus eius triginta sex *p)* solidis culpabilis iudicetur, aut cum sex iuret, quod servus eius hoc non fecisset.

**TIT. XXIX.** De furtis servorum.

Quod si servus furtum fecerit, dominus eius triginta sex solidis culpabilis iudicetur; excepto capitale, et delaturam restituat *q).*

**TIT. XXX.** De interpellatione *r)* servorum.

*Editio Heroldina hunc titulum in tres dissecat.*

I. Quod si quis in iudicio pro servo interpellatus fuerit *s),* si servus talis non fuerit, unde dominus eius de fiducia securus esse possit, dominus eius in iudicio pro eo interrogatus respondeat *t),* et sine tangano loquatur, et dicat: Ego ignoro utrum servus meus culpabilis, an innocens de hoc extiterit.

**TIT. 31.** De servo repraesentando.

Propterea eum secundum legem Ripuariam super quatuordecim noctes ad ignem *u)* repraesento *v).* Et sic de eius praesentia cum festuca fidem faciat. Quod si servus in ignem manum miserit, et laesam tulerit, dominus eius, sicut lex continet, de furto servi culpabilis iudicetur.

*o)* Lind. *aut si negaverit cum sex iuret.* *p)* Herold. XXX.

*q)* Sichard. *excepto eo, quod capitale et dilaturam restituat.* Til. et Lind. *exc. cap. et dil., quae restituat.* *r)* Lindenbr. addit: *et incendio etc.* *s)* Met. addit: *quod incendium perpetravit si etc.* *t)* Herold. *in iudicio rogatus: interrogatus respondeat.* Cod. Sangall. *in iudicio pro eo respondeat, et sine etc.* Corbion. *respondeat ad interrogationis stabat, liceat ei sine tangano loquere, et dicat.* Met. *in iudicio interrogatus pro eo respondeat, et sine etc.* *u)* Corbion. *ignem.* *v)* Herold. *repraesentet.*

## TIT. (32.) De servo intra ducatum lapso.

II. Quod si servus, quando dominus interpellatus fuerit, infra ducatum fuga lapsus fuerit, supra quatuordecim noctes aut ipsum repraesentet, aut pro eo faciat rationem. Quod si postquam eum ad ignem applicuerit, fuga lapsus fuerit, ad placitum veniens cum tribus testibus in haraho <sup>w)</sup> coniuret, quod servus ille, quem ad ignem repraesentare debuerat, extra eius voluntatem fuga lapsus sit, et sic denuo placitus ei concedatur, ut super quatuordecim seu super quadraginta noctes eum repraesentare studeat; aut ipse in rem <sup>x)</sup> respondeat.

## XXXI. (33.) De homine ingenuo repraesentando.

I. Quod si homo ingenuus in obsequio <sup>y)</sup> alterius inculpatus fuerit, ipse qui eum post se eodem tempore retinuit <sup>z)</sup>, in praesentia iudicis similiter, sicut superius comprehensum est, repraesentare studeat, aut in rem respondere.

II. Quod si eum non repraesentaverit, tale damnum incurrat, quale ille sustinere debuerat, qui in eius obsequio est inculpatus.

III. Hoc autem constituimus, ut infra pagum Ripuarium tam Franci, Burgundiones, Alamanni, seu de quacunque natione commoratus fuerit, in iudicio interpellatus, sicut lex loci continet, ubi natus fuerit, sic respondeat.

IV. Quod si damnatus fuerit, secundum legem propriam, non secundum Ripuariam, damnum sustineat.

V. Quod si in provincia Ripuaria iuratores invenire non potuerit, ad ignem seu ad sortem se excusare studeat.

## TIT. XXXII. (34.) De mannire.

I. Si quis legibus ad mallum manitus fuerit, et non wenerit, si eum sunnis non detinuerit, quindecim solidis culpabilis iudicetur. Ille vero qui alium mannit, et ipse non venit, similiter quindecim solidis culpabilis iudicetur.

II. Si autem manitus fuerit ad secundum mallum, aut ad tertium, seu ad quartum, vel quintum, usque ad sextum et venire distulerit, pro unoquoque mallo, si ille qui eum mannit, cum tribus Rachinburgiis in haraho coniuraverit quod legitime manitus fuerit, quindecim solidis culpabilis iudicetur.

III. Quod si ad septimum mallum non venerit, tunc ille, qui eum mannit, ante comitem cum septem Rachinburgiis in haraho iurare <sup>a)</sup> debet, quod eum ad strudem

<sup>w)</sup> Goth. Herold. et Lind. *araho.* <sup>x)</sup> Lind. *inde.* Herold. *in re.*  
<sup>y)</sup> Met. et Corbion. *obsequium.* <sup>z)</sup> Lind. *tenuit.* <sup>a)</sup> Lind. *coniurare.*

legitimam amallatum habet; et sic iudex fiscalis ad domum illius accedere debet, et legitimam strudem exinde auferre, et ei tribuere, qui eum interpellavit, hoc est, septem Reginburgiis, unicuique quindecim solidos, et ei qui causam prosequitur b), quadraginta quinque.

IV. Quod si ipsam strudem c) contradicere voluerit, et ad ianuam suam cum spata tracta accesserit, et eam in porta sive in poste d) posuerit, tunc iudex fideiussores ei exigat, ut se ante Regem repraesentet, et ibidem cum armis suis contra contrarium suum se studeat defensare.

### TIT. XXXIII. (35.) De intertiare. e)

I. Si quis rem suam cognoverit, mittat manum super eam f). Et si ille g) super quem intertiatur, tertiam manum querat, tunc in praesente h) ambo coniurare debent cum dextera armata, et cum sinistra ipsam rem teneant. Unus iuret, quod in propriam rem manum mittat, et alius iuret, quod ad eam manum trahat, qui ei ipsam rem dedit. Et si infra ducatum est, super quatuordecim noctes auctorem suum repraesentet. Si foris ducatum, super quadraginta. Si autem extra regnum, super octuaginta ad regis staplum i), vel ad eum locum, ubi mallus est, auctorem suum in praesente habeat.

II. Quod si eum ibidem habere non potuerit, sibi septimus in haraho coniuret, quod eum ibidem legibus mandatum habuisse, et sibi ab alio homine ipsa res tradita non fuisset. Sic ei placitum super quatuordecim seu super quadraginta vel octuaginta noctes detur, ut cine werduniam k) suam in praesentia testium recipiat, ut et l) qui rem suam intertiavit, probabiliter ostendat. Et tunc ipse de furto m) securus sit, et ille qui intertiavit, furtum et delaturam n) ab eo requirat, qui solvere coepit.

III. Quod si auctor suus venerit, et rem intertiatam recipere noluerit o), tunc ille super quem intertiata est, capitale et delaturam atque furtum solvere studeat.

IV. Quod si in ipsa hora, quando res intertiatur, responderit, quod fordronem suum nesciat, tunc in praesente de sacramento sibi septima manu fidem faciat et super qua-

b) Herold. sequitur. c) Lind. ipse strudem. d) Lind. in coste.

e) Lind. et Til. De intertiata re. Sichard. De intertiatione. f) Al. manum suam per eam. g) Herold. et sic ille. h) Al. in praesentia. i) Corb. et Sangall. stapulum. Goth. stabulum. Lind. staffolum. Til. stapholum. Herold. staphpolum. k) Til. cive werduniam. Lind. cinewerdunian. Herold. cina werduniam. Cod. Corbion. ut de cinuwerdunia sua: l) Herold. et Baluz. et ei. m) Herold. futuro. Goth. texaga. n) Herold. dilationem. o) Baluz. renuerit. Lind. accipere renuerit.

*tuordecim noctes adiurare p)* studeat quod auctorem vel casam seu postem ianuae auctoris sui nesciat, et ipsam rem sine damno reddat.

#### TIT. XXXIV. (36.) De raptu ingenuarum q) mulierum.

I. Si quis ingenuus homo ingenuum feminam rapuerit, bis centenis solidis noxiis iudicetur. Quod si tres ingenui cum ipso fuerint, unusquisque eorum sexaginta solidis noxiis iudicetur. Et quanti super illos quatuor fuerint r), unusquisque quindecim solidis noxiis iudicetur.

II. Quod si regius aut ecclesiasticus homo fecerit, centum solidis culpabilis iudicetur.

III. Similiter illi tres qui ei auxilium praebuerint s), unusquisque triginta solidis culpabilis iudicetur. Et quanti super hos fuerint, unusquisque per octavo semisolido multetur.

IV. Quod si servus hoc fecerit de vita componat.

#### TIT. XXXV. (37.) De eo qui uxorem alienam tulerit.

I. Si quis uxorem alienam tulerit vivo marito, ducentis solidis multetur.

II. Si quis cum ingenua puella moechatus fuerit, quinquaginta solidis culpabilis iudicetur.

III. Si quis ingenuam pueram vel mulierem, quae in verbo Regis vel ecclesiastica est, accipere vel seducere praesumpserit t) seu parentum u) voluntate de mundeburde abstulerit, sexaginta solidis culpabilis iudicetur.

#### TIT. XXXVI. (38.) De diversis interfictionibus.

I. Si quis Ripuarius advenam Francum interficerit, ducentis solidis culpabilis iudicetur.

II. Si quis Ripuarius advenam Burgundionem interficerit, centum sexaginta solidis culpabilis iudicetur.

III. Si quis Ripuarius advenam Romanum interficerit, centum solidis multetur.

IV. Si quis Ripuarius advenam Alamannum seu Frisionem v) vel Baiuvarium w), aut Saxonem interficerit centum sexaginta solidis culpabilis iudicetur.

V. Si quis x) clericum interficerit, iuxta quod na-

p) Herold. *id iurare.* q) Herold. *ingenuorum vel.* r) Eccard. virtiose: fecerint. s) Corbion. *auxiliaverint* t) Til. et Lind. *accep- perit.* vel seduxerit. u) Herold. *sine parentum.* v) Met. *Frisi- nsem.* w) Corbion. *Bogium.* x) In Corbion. hoc caput sic habet: *Si quis clericum ingenuum interficerit, bis quinquagenos sol. culp. iud.*

tivitas eius fuit, ita componatur. Si servus, sicut servum, Si regius aut ecclesiasticus, sicut alium regium aut ecclesiasticum *y*). Si litus, sicut litum. Si liber, sicut alium ingenuum cum ducentis solidis componat.

VI. Si quis Subdiaconum interfecerit, quadragintos solidos componat. *z)*

VII. Si quis Diaconum interfecerit, quingentos solidos componat. *a)*

VIII. Si quis Presbyterum ingenuum interfecerit, sexcentos solidos componat.

IX. Si quis Episcopum interfecerit nongentos solidos componat.

X. Si quis partum in femina interfecerit, seu natum priusquam nomen habeat, centum solidis culpabilis iudicetur. Quod si matrem cum partu interfecerit, septingentis solidis *b)* multetur.

XI. Si quis weregeldum solvere debet, bovem cornutum videntem et sanum pro duobus solidis tribuat, vaccam cornutam videntem et sanam pro uno solido tribuat, equum videntem et sanum pro sex solidis tribuat, equam videntem et sanam pro tribus solidis tribuat, spatam cum scogilo *c)* pro septem solidis tribuat, spatam absque scogilo pro tribus solidis tribuat, bruniam bonam pro duodecim solidis tribuat, helnum cum directo *d)* pro sex solidis tribuat, bainbergas *e)* bonas pro sex solidis tribuat, scutum cum lancea pro duobus solidis tribuat, acceptorem non datum pro tribus solidis tribuat (commorsum gruarium *f)* pro sex solidis tribuat, acceptorem mutatum pro duodecim solidis tribuat.

XII. Quod si *g)* cum argento solvere contigerit, pro solido duodecim denarios, sicut antiquitus est constitutum.

### TIT. XXXVII. (39.) De dotibus mulierum.

I. Si quis mulierem desponsaverit, quicquid ei per tabularum seu chartarum instrumenta conscripserit, perpetualliter inconvolsum permaneat.

II. Si autem per seriem scripturarum ei nihil contulerit, si virum supervixerit, quinquaginta solidos in dotem *h)* recipiat, et tertiam partem de omni re, quam simul con-

*y)* Met. et Sangall. sicut alias ecclesiasticus vel regius libertinus. Herold. sicut alias regius aut ecclesiasticus. *z)* Corbion. CCC. sol. culp. iud. *a)* Corbion. CCC. sol. multetur. *b)* Herold. DCCC. solid. *c)* Al. Codd. scoilo; soilo. Sichard. scogillo. Cod. Goth. scogila. *d)* Corbion. conderecto. Goth. helmo condriicto. Til. pro conderecto. *e)* Goth. baimbergas. *f)* Desunt in Guelf. et in edit. Lindenbr. *g)* Caput illud in edit. Lindenbrogi deest. *h)* Corbion. dude.

*laboraverint*, sibi studeat evindicare, vel quicquid ei in morgangeba traditum fuerat, similiter faciat.

III. Quod si ex his, quae conscripta vel tradita sunt simul consumpserint *i)* nihil requirat.

**TIT. XXXVIII. (40.) De eo qui hominem innocentem ad Regem *k)* accusaverit.**

Si quis hominem innocentem ad Regem accusaverit, sexaginta solidis culpabilis iudicetur.

**TIT. XXXIX. (41.) De eo qui ingenuae mulieri manum vel brachium strinxerit.**

Si quis ingenuae mulieri manum strinxerit *l)* quindecim solidis culpabilis iudicetur. Certe si super cubitum manum miserit, triginta solidis multeatur.

**TIT. XL. (42.) De caballo extra consilium domini sui ascenso.**

Si quis caballum extra consilium *m)* domini sui ascenderit, triginta solidis culpabilis iudicetur.

**TIT. XLI. (43.) De ligaminibus ingenuorum.**

I. Si quis ingenuus ingenuum ligaverit et eius culpam cum sex testibus in haraho *n)* non adprobaverit, triginta solidis culpabilis iudicetur.

II. Si quis a contubernio probabiliter ligatus super res alienas fuerit, eum ad excusationem non permittimus.

III. Sed si unus homo cum satellitibus suis hominem ligaverit, aut ipsum excusare permittimus; aut proximus eius, quod innocens ligatus sit, cum sex iuret.

**TIT. XLII. (44.) De venationibus.**

I. Si quis de diversis venationibus furaverit aliquid et celaverit *o)*, seu et de pictionibus, quindecim solidis culpabilis iudicetur. Quia non est haec res possessa, sed de venationibus agitur.

II. Si quis cervum domitum vel cum triutis *p)* occiderit, aut furatus fuerit, non sicut de reliquis animalibus furtum exigatur, sed tantum quadraginta quinque solidis culpabilis iudicetur.

*i)* Til. et Lind. *consumpserint aliquid.* *k)* idem : *apud Regem.*

*l)* Corbion. *extrinxerit.* *m)* Herold. *consensem.* *n)* Herold. *araho.*

*o)* Met. *de div. ven. aliquid furatus fuerit et cel.* Sangall. Herold. et Tilius. *de div. ven. furatus fuerit et vel.* Corbion. *de div. ven. furaverit et cel.* *p)* Sichard. *cum truncis.* Til. *troutis.* Goth. *vel triudes ad venationem.*

III. Si autem in venatione non fuit, triginta solidis culpabilis iudicetur.

**TIT. XLIII. (45.) De sepibus.**

Si quis vero tres virgas unde sepi ligatur, vel retortas unde sepi continetur, capulaverit, aut tres cambortas *q)* involaverit, seu in clausura aliena traugum ad transeundum fecerit, quindecim solidis multetur.

**TIT. XLIV. (46.) De eo qui in messe aliena cum carro transierit *r).***

Si quis per messem alienam cum carro, vel carruca transierit, quindecim solidis multetur.

**TIT. XLV. (47.) De eo qui nesciente homine aliquam furtivam rem in domum illius introduxerit.**

Si quis nesciente homine furtivam rem *s)* in eius possessionem introduxerit, et ibidem inventa fuerit, quadraginta quinque solidis culpabilis iudicetur, vel quicquid ei damnum accesserit, aliud tantum restituat.

**TIT. XLVI. (48.) De quadrupedibus, si hominem occiderint.**

I. Si quis quadrupes hominem occiderit, ipse quadrupes, qui eum interfecit, in medietatem weregildi suscipiatur et aliam medietatem dominus quadrupedis solvere studeat absque fredo: quia quod quadrupedes faciunt, fredus exinde non exigitur.

II. Quod si quadrupes quadrupedem interfecerit, dominus quadrupidis quadrupedem mortuum vel debilem recipiat; et eum *t),* qui alium interfecerit, domino eius, cuius quadrupes est imperfectus, ipsum quadrupedem tribuat, et quantum imperfectus vel debilis prius vulnerat, solvat.

**TIT. XLVII. (49.) De vestigio minando.**

I. Si quis animal suum per vestigium sequitur, et tertio die in domo cuiuslibet vel in quolibet *u)* loco eum invenerit, liceat ei absque intertatio revocare.

II. Quod si in domo fuerit, et scrutinium *v),* cuius est domus, contradixerit, ut fur habeatur.

III. Quod si ibidem violenter ingressus fuerit, quindecim solidis multetur, aut cum sex iuret.

*q)* Sangall. Corbion. et Herold. *in cambortos.* *r)* Herold. *De his qui — transierint.* *s)* Til. et Lind. *rem in domum vel in etc.* *t)* Lind. *et ipsum quadrupedem.* *u)* Corbion. *sequerit, et usque tertio die à domo cuius vel in quo.* *v)* Corbion. *scelidinium.*

**TIT. XLVIII. (50.) De homine qui sine heredibus moritur.**

Si quis procreationem filiorum vel filiarum non habuerit, omnem facultatem suam in praesentia Regis, sive vir mulieri, vel mulier viro, seu cuicunque libet de proximis vel extraneis *w*), adoptare in hereditatem vel adfati<sup>m</sup> *x*) per scripturarum seriem seu per traditionem, et testibus adhibitis *y*), secundum legem Ripuarium licentiam habeat.

**TIT. XLIX. (51.) De adfati<sup>m</sup>.**

Quod si adfatismus fuerit inter virum et mulierem, post discessum amborum ad legitimos heredes revertatur, nisi tantum, qui parem suum supervixerit, in eleemosyna vel in sua necessitate *z*) expenderit.

**TIT. L. (52.) De testibus adhibendis.**

I. Si quis testes ad mallum ante Centenarium vel Comitem, seu ante Ducem, Patricium vel Regem necesse habuerit, ut donent testimonium, et fortasse testes noluerint ad placitum venire, ille, qui eos necessarios habet, manuere illos debet, ut testimonium, quod sciunt iurati dicant.

II. Quod si noluerint, et falsum *a*) testimonium prae- buerint, et hoc adprobatum fuerit, unusquisque de illis tribus *b*) quindecim solidis multetur *c*).

**TIT. LI. (53.) De eo qui Grafionem ad res alienas invitat.**

I. Si quis iudicem fiscalem ad res alienas iniuste tol- lendas, antequam ei fidem fecerit, aut ad strudem admallatum habuerit, invitare praesumpserit, quinquaginta solidis multetur.

II. Quod si quis iudex fiscalis amplius, quam lex Ripuaria continet, tulerit, quinquaginta solidis multetur.

**TIT. LII. (54.) De re praestata *d*).**

Si quis rem suam alii praestiterit, (et placitum indix- rit *e*) quod si super placitum rem praestitam *f*) retinere praesumpserit, quindecim solidis multetur.

**TIT. LIII. (55.) De eo qui Grafionem interfecit.**

I. Si quis iudicem fiscalem, quem Comitem vocant, in- terfecerit, sexcentis solidis *g*) multetur.

---

*w*) Corbion. straneis. *x*) Herold. *vel adfati<sup>m</sup>nire*. *Til. in adfati<sup>m</sup>*. *y*) Met. adhibendis. *z*) Herold. *in suam necessitatem*. *a*) Met. et Lind. *aut falsum*. *b*) Met. *quatuor*. *c*) Corbion. *unusq. de illos tres testis ter quinos sol. mult.* *d*) Herold. *praestita*. *e*) Desunt in Corbion. *f*) Corbion. *praestatam*. *g*) Goth. *decies L. sol.*

II. Quod si regius puer, vel ex tabulario, ad eum gradum ascenderit, trecentis solidis multetur.

**TIT. LIV. (56.) De corporibus expoliatis.**

I. Si quis autem hominem mortuum, antequam sepeliatur, expoliaverit, si interrogatus confessus fuerit, sexaginta solidis multetur. Si autem negaverit, et postea convictus fuerit, centum solidis cum delatura multetur, aut cum sex iuret.

II. Si quis mortuum effodere praesumpserit, ducentis solidis multetur, aut cum duodecim *h*) iuret.

**TIT. LV. (57.) De Rachinburgiis *i*) legem dicentibus.**

Si quis caussam suam prosequitur, et Rachinburgii inter eos secundum legem Ripuariam dicere noluerint, tunc ille in quem sententiam contrariam dixerint, dicat: Ego vos tangano, ut mihi legem dicatis. Quod si dicere noluerint, et postea convicti fuerint, unusquisque eorum quindecim solidis multetur. Similiter et ille, qui Rachinburgiis recte dicentibus non adquieverit.

**TIT. LVI. (58.) De alodibus.**

I. Si quis absque liberis defunctus fuerit, si pater materque superstites fuerint, in hereditatem succedant.

II. Si pater materque non fuerint, frater et soror *k*) succedant.

III. Si autem nec eos habuerit, tunc soror matris *l*) patrisque succedant. Et deinceps usque ad quintum genuculum, qui proximus fuerit, haereditatem succedat.

IV. **SED CUM VIRILIS SEXUS EXTITERIT, FEMINA IN HEREDITATEM AVIATICAM NON SUCCEDAT.**

**TIT. LVII. (59.) De libertis a domino ante Regem dimissis.**

I. Si quis libertum suum per manum propriam seu per alienam in praesentia Regis secundum legem Ripuarium ingenuum demiserit per denarium, et eiusdem rei chartam accepit, nullatenus eum permittimus in servitium inclinare: sed sicut reliqui Ripuarii liber permaneat.

II. Sed si quis ei post modum contrarius extiterit, quod eum quis in licto ordine ingenuum dimisisset, et ipse cum gladio suo hoc studeat defensare. Aut si auctorem habuerit, auctor cum legibus ex hoc eum adducat. Aut si

*h)* Herold. *cum VI.* *i)* Herold. *Rathinburgiis.* *k)* Corbion. *interfrater et soror.* *l)* Til. et Lind. *tunc frater et soror matris.*

ad quibus omnes non potuerit defensare ad partem Regis ducentis solidis culpabilis iudicetur, et ad partem eius, cuius servum inlicito ordine a iugo servitutis absolvere nititur, in quadriginta quinque solidis multetur, et de omnibus rebus, quas eti capitanavit, alienus existat.

III. Si autem se defensaverit, liber permaneat, et ille qui epm voluit inservire n) ducentis solidis Regi, quadragesita quinque illi qui defensatur, culpabilis iudicetur.

etiam IV. Si autem homo denarius absque liberis decesserit, non alium nisi fiscum nostrum haeredem relinquat.

### TIT. LVIII. (60.) De tabulariis.

I. Hoc etiam invenimus, ut qualiscunque Francus Ripeanius, seu tabularius, servum suum pro animae suae remedia seu pro pretio secundum legem Romanam libertare o) voluerit, ut in ecclesia coram Presbyteris, Diaconibus, seu sancta clero et plebe, in manu Episcopi servum cum tabulis tradat, et Episcopus Archidiaconum iubeat, ut ei tabulas secundum legem Romanam, qua Ecclesia vivit, scribere faciat; et tam ipse quam et omnis procreatio eius liber permanent, et sub tuitione Ecclesiae consistant, (vel omnem redditum status p) aut servitum tabularii eorum Ecclesiae reddant. Et nullus tabularius denarium ante Regem praesumat iactare. Quod si fecerit, ducentis solidis culpabilis iudicetur, et nihilominus ipse tabularius et procreatio eius tabularii persistant, et omnes redditus status eorum ad Ecclesiam reddant; et non aliubi nisi ad Ecclesiam, ubi reglati sunt, mallum teneant.

II. Quod si quis tabularium seu ecclesiasticum hominem contra Episcopum defensare voluerit, sexaginta solidis culpabilis iudicetur, et insuper hominem cum omnibus rebus suis q) Ecclesiae restituat. Quia inlicitum ducimus, quod ecclesiis concessimus, iterum ab Ecclesiis revocare.

III. Nemus servum ecclesiasticum absque Vicario libertum r) facere praesumat.

IV. Tabularius autem, qui absque liberis discesserit, nullum alium nisi Ecclesiam relinquat heredem.

V. Quod si quis tabulas Episcoporum manibus seu Clericorum roboratas intrumpere voluerit, tunc Archidiaconus cum testibus qui tabulas roboraverunt, ante Episcopum vel Regem accedat, ut testes, quod sciunt, dicant. Quod si ille ad qui causam prosequitur, adquiescere noluerit, tunc tabulae in praesentia iudicis perforentur, et Archidiaconus in ecclesie lev incircinatur imp. colli 30 tonitruo. 111X.

m) Desunt in editione Heroldina. n) Herold. notuit inservire. p) Sangall. Corbion. et Herold. liberare. q) Desunt in editione Heroldina. r) Lind. suae. s) Herold. liberum.

praesente sacramento fidem faciat, et sibi septimus super noctes septem coniuret cum ipsis testibus, qui tabulas conscripserunt, quod ipse tabularius secundum legem Romanam legitime fuisse ingenuus relaxatus. Et tunc ille qui caussam prosequitur in praesente constringatur, ut se ante iudicem repraesentet, et ad partem Ecclesiae centum solidis culpabilis iudicetur, et unicuique de testibus quindecim solidis culpabilis iudicetur, et Archidiacono quadraginta quinque solidis culpabilis iudicetur, et nihilominus tabulae stabiles permaneant.

VI. Quod si Archidiaconus ista adimplere contempserit, et auctorem suum, qui eum ingenuum dimisit, non invenerit, tunc tabularium ipse Archidiaconus cum quadraginta quinque solidis et cum omnibus suis rebus proprio domino studeat restituere, et unusquisque de testibus quindecim solidis culpabilis iudicetur.

VII. Quod si auctor dimissionis eum ingenuum fecerit, causam qui prosequitur, similem multam sustineat, sicut superius scribere iussimus, et insuper ab ecclesiae liminibus repellatur, usque dum proprio domino ipse satisfaciatur.

VIII. Quod si quis tabularium ex servo alieno facere praesumpserit, tunc ille, cuius servus est, super eum manum mittere debet. Et si tabularius est, vel regius seu Romanus homo, qui hoc facit, super septem noctes, si Francus super quatuordecim de manu in manum ambulare debet, quamvis multae venditiones ex illo factae fuissent, usque dum ad eam manum veniat, quae eum ingenuum dimisit. Et tunc ex eo iudicium superius comprehensum adimpleatur.

IX. Si autem tabularius ancillam regiam aut ecclesiasticam seu ancillam tabularii in matrimonium sibi sociaverit <sup>s)</sup>, ipse cum ea servus permaneat. Si autem tantum moechatus fuerit, octavo dimidio solido culpabilis iudicetur, aut cum sex iuret. Quod si tabularia hoc fecerit, ipsa et generatio eius in servitium inclinentur.

X. Si autem tabularius ancillam Ripuarium acceperit, non ipse, sed generatio eius serviat.

XI. Si autem ecclesiasticus, Romanus, vel regius homo ingenuam Ripuarium acceperit; aut si Romana, vel regia, seu tabularia ingenuum Ripuarium in matrimonium acceperit, generatio eorum semper ad inferiora declinetur.<sup>t)</sup>

XII. Quod si quis hominem regium, tabularium, tam baronem, quam feminam de mundeburde <sup>t)</sup> Regis abstulerit, sexaginta solidis culpabilis iudicetur.

XIII. Similiter et ille, qui tabulariam vel ecclesiasticam

<sup>s)</sup> Guelf. Met. Sangall. et Til. *sociatus fuerit.* <sup>t)</sup> Goth. mundbur. Sichard. *mundoburde.*

ticam feminam seu baronem de mundeburde Ecclesiae abstulerit, sexaginta solidis culpabilis iudicetur, et nihilominus generatio eorum ad mundeburdem Regis seu Ecclesiae revertatur.

XIV. Si autem Ripuarius ancillam Regis seu ecclesiasticam, vel ancillam tabulariam sibi sociaverit, non ipse, sed procreatio eius serviat.

XV. Si autem Ripuarius ancillam Ripuarii *u)* in matrimonium acceperit, ipse cum ea in servitio perseveret.

XVI. Similiter et si Ripuaria hoc fecerit, ipsa et generatio eius in servitio perseverent.

XVII. Si autem ingenuus cum ancilla moechatus fuerit, quindecim solidis culpabilis iudicetur. Si autem servus hoc fecerit, tribus solidis culpabilis iudicetur, (aut castretur *v)*.

XVIII. Quod si ingenua Ripuaria servum Ripuarium secuta fuerit, et parentes eius hoc contradicere voluerint *w)*, offeratur ei a Rege seu a Comite spata et conacula *x)*. Quod si spatam acceperit, servum interficiat. Si autem conculam, in servitio perseveret.

XIX. Hoc etiam constituimus, ut (nullum *y)* hominem regium, Romanum vel tabularium interpellatum in iudicio non tanganet *z)*, et nec alsaccia *a)* requirat. Et si in praesente legitime mallatus fuerit, ea verba commemoret, et non ei sicut Ripuario ante altare verba commemoret.

XX. Servi autem Regis vel Ecclesiarum non per actores *b)*, sed ipsi pro semetipsis in iudicio respondeant, et sacramenta *c)* absque tangano coniurent.

XXI. Si autem homo regius homini regio vel ecclesiastico sacramento fidem fecerit, super septem noctes coniuret: si Ripuario, super quatuordecim noctes. Similiter et Ripuarius ei faciat.

### TIT. LIX. (61.) De venditionibus.

I. Si quis alteri aliquid vendiderit et emtor testamentum venditionis accipere voluerit *d)*, in mallo hoc facere debet, et pretium in praesente tradat, et rem accipiat, et testamentum publice conscribatur. Quod si parva res fuerit, septem testibus firmetur: si autem magna, duodecim roboretur.

*u)* Sichard. *ancillam Riboariam.* *v)* Desunt in edit. Herold.  
*w)* Cod. Reg. *frangere voluerint.* Corbion. *refrigerare moluerint.* *x)* Corbion. *conacula.* Guelf. *cunicula.* Goth. *conugla.* Til. *comicula.*  
*y)* Deest in Herold. et Lind. *z)* Herold. *tangeret.* *a)* Corbion. *alsacia.*  
 Guelf. *adsicia.* Til. et Lind. *alsacia.* *b)* Cod. Reg. Sangall. Corbion.  
 et Til. *Servi autem Regis Ecclesiarum non actores.* Lind. *Servi autem Ecclesiarum non per actores.* Met. *Servi autem Regis vel ecclesiarum non actores.* Herold. *Servi autem Regis Ecclesiarum non actores.*  
*c)* Herold. *sacramento.* *d)* Herold. *voluerit.*

II. Et si quis in posterum hoc refragari vel falsare voluerit, a testibus convincatur, atque Cancellarius cum sacramenti interpositione cum similī numero, quorum *e) tota* boratum *f)* est, idoneum *g)* confirmet.

III. Quod si charta in iudicio perforata idonea fuerit, tunc ille, qui causam prosequitur, dupla repetitione culpabilis iudicetur, et unicuique de testibus quindecim solidis culpabilis iudicetur, et ipsum testamentum inviolatum perseveret. Si autem testamentum falsatum fuerit, tunc ille, qui causam prosequitur *h)*, rem quam repetit cum sexaginta solidis recipiat, et insuper Cancellario pollex dexter auseratur, aut eum cum quinquaginta solidis redimat, et *i)* quisque de testibus quindecim solidis *i)* multetur.

IV. Quod si ille, qui causam sequitur, manum Cancellarii de altari *k)* traxerit, aut ante ostium basilicae manus posuerit, tunc ambo constringantur, ut se super quatuordecem noctes seu super quadraginta ante Regem representare studeant pugnaturi.

V. Si autem Cancellarius mortuus fuerit, tunc *ei* *Til* ceat, qui rem comparavit, cum tribus chartis, quas ipse Cancellarius scripsit, absque pugna chartam suam super altario positam idoneare. *l)*

VI. Quod si venditor vel heredes sui supervixerint, ipsi testamentum defendere *m)* debent, aut multam finem currere.

VII. Quod de venditione conscripsimus *n)* hoc et de donatione constituimus. Hoc autem constituimus, ut *qui* cunque in causa victor extiterit, semper iudicium conscriptum accipiat, aut testes. *o)*

VIII. Si quis interpellatus chartam praemambus haec buerit, nulla ei malo ordine invasio *p)* requiratur: dum interpellatur, respondeat ad interrogaciones, et sine tangano loquatur et dicat: Non malo ordine, sed per testamentum hoc teneo.

IX. Filius autem aut filiabus super duodecim solidos

*e)* Met. quibus. *Til.* et *Lind.* quo. *f)* Herold. et quatt. Cod. *robورata.* *g)* Met. Sangall. et Herold. *idoneam.* Cod. reg. et una. Corbion. et unia restituat. *h)* Herold. et *Lind.* *prosequitur.* Desunt ista in edit. Herold. *k)* Cod. reg. et Corbion. *l)* Cod. reg. Sangall. et Met. *idoniare.* *m)* Cod. reg. *venerire.* Corbion. *virire.* *n)* Quidam Codices haec verba priori capiti annexuant. Met. multam incurrire, quam de vend. *conscr.* Cod. reg. et Herold. multa incur. quod de vend. *conscr.* *o)* Met. hoc caput simpliciter sic legitur: *Haec et de donatione constituimus.* *p)* Sangall. et Herold. *natura* *malo ordine vel invasio.* Met. *nultus et matus vero vel invasio.*

uni plus quam alteri nihil condonare vel conscribere permittimus. Quod si quis fecerit irritum habeatur.

**TIT. LX. (62.) De q) traditionibus et testibus adhibendis.**

I. Si quis villam aut vineam vel quamlibet possessiunculam ab alio comparavit, et testamentum r) accipere non potuerit, si mediocris res est, cum sex testibus, et si parva, cum tribus, quod si magna cum duodecim ad locum traditionis cum totidem numero pueris accedat, et sic eis praesentibus pretium tradat, et possessionem accipiat, et unicuique de parvulis alapas donet, et torqueat auriculas, ut ei in postmodum testimonium praebeant. Si autem testes non potuerit congregare, ut ei testimonium praebeant, tunc rem suam cum sex sive cum septem cum sacramenti interpositione sibi studeat evindicare.

II. Si quis consortem suum quantulumcunque superpriserit, cum quindecim solidis restituat.

III. Si autem infra testamentum Regis aliquid invaserit, aut cum sex iuret, quod infra terminationem testamenti nihil invasisset, aut cum sexaginta solidis omnem redditionem restituat.

IV. Si autem infra terminationem aliqua indicia sua arte, vel butinae s), aut mutuli factae t) extiterint ad sacramentum non admittatur, sed in praesente cum legis beneficio cogatur restituere.

V. Quodsi extra marcham in sortem alterius fuerit ingressus, iudicium comprehensum compellatur adimplere.

VI. Quod si testamentum Regis absque contrario testamento falsum clamaverit non aliunde nisi de vita componat.

VII. Quod si duo testamenta Regum de una re extiterint, semper prior u) duplicem sortiatur portionem v).

VIII. Quod si quis de Ecclesia aliquid vi abstulerit cum suprascripta w) lege in triplum restituat.

**TIT. LXI. (63.) De libertis secundum legem Romanam.**

I. Si quis servum suum libertum fecerit et civem Romanum, portasque apertas conscriperit, si sine liberis discesserit, non alium nisi fiscum nostrum habeat heredem.

II. Quod si aliquid criminis admiserit, secundum le-

---

q) Lind. *De testamentis regum vel de tradit.* r) Til. *testimonium.* s) Cod. reg. *bucinae.* Til. *bucine.* Sichard. *buccinae.* t) Lind. *facta.* u) Herold. *prius.* Cod. reg. *proprietor.* v) Herold. *proportionem.* w) Herold. *superscripta.*

gem Romanam indicetur. Et qui eum interfecerit, centum solidis multetur.

III. Quod si dominus eius eum ante Regem denarium *x)* facere voluerit, licentiam habeat.

**TIT. LXII. (64.) De homine qui servum tributarium facit.**

I. Si quis servum suum tributarium aut litum fecerit, si quis eum interfecerit, triginta sex solidis culpabilis iudicetur.

II. Quod si denarialem *y)* eum facere voluerit, licentiam habeat. Et tunc ducentos solidos valeat *z).*

**TIT. LXIII. (65.) De homine in hoste occiso.**

I. Si quis hominem in hoste interficerit, triplici wergildo culpabilis iudicetur.

II. De furto *a)* similiter.

**TIT. LXIV. (66.) De homine in domo propria occiso.**

Si quis hominem in domo propria cum hariraida *b)* interficerit, auctor facti triplici wergildo multetur, et tres priores nonaginta solidis culpabiles iudicentur. Et quanti ei sanguinem fuderint, unusquisque wergildo eum componat. Et quanticunque post auctorem sanguinis effusores vel post tres priores fuerint unusquisque quindecim solidis multetur, et quicquid ibi talaverint, restituant.

**TIT. LXV. (67.) De eo qui bannum non adimplet.**

I. Si quis legibus in utilitatem Regis, sine in hoste, seu in reliquam utilitatem bannitus fuerit, et minime adimpleret *c)*, si aegritudo eum non detenuerit, sexaginta solidis multetur.

II. Si autem Romanus aut ecclesiasticus vel regius homo hoc fecerit, unusquisque contra auctorem suum triginta solidos culpabilis iudicetur.

III. Si quis autem legatarium Regis vel ad Regem seu in utilitatem Regis pergentem hospitio suspicere contempserit, nisi emunitas Regis hoc contradixerit, sexaginta solidis culpabilis iudicetur. Aut si regius, Romanus aut eccl-

*x)* Herold. *dinararium*. Til. *denararium*. Corbion. *denariali*. Met. et Sangall. *denarium*. *y)* Cod. reg. *denararium*. Corbion. *dinariali*. Herold. *dinarialem*. *z)* Met. *valeat occisus*. Lind. *solvat*. *a)* Til. et Lind. *texaga*. Met. *Similiter et qui furtum perpetraverit*. *b)* Met. *ariragida*. Cod. reg. *harinxida*. Goth. *aragadia*. Til. *harroida*. *c)* Met. *minime venerit vel adimpl.*

eiasticus homo hoc fecerit, unusquisque contra auctorem *d)* suum triginta solidis multetur.

### TIT. LXVI. (68.) De sacramento.

I. Si quis Riparius sacramento fidem fecerit, super quatuordecim noctes sibi septimus seu duodecimus vel septuagesimus secundus cum legitimo termino noctium studeat coniurare. Si autem contentio orta fuerit, quod sacramentum in die placito non coniurasset *e)*, tunc cum tercia parte iuratorum suorum adfirmare studeat, aliquibus a dextris seu a sinistrisstantibus *f)*. Sin autem nec sic satisfecerit, tunc secundum praesentiam iudicis vel secundum terminationem sextam iuratorum suorum cum dextera armata tam prius *g)*, quam posterius sacramentum in praesentia iudicis confirmare studeat. Quod si verbis non dixerit *h)* omnem repetitionem cum legis beneficio studeat *i)* reformare, et unusquisque de iuratoribus quindecim solidis culpabilis iudicetur. Si autem contradixerint, iudicium accipiat *k)*.

II. Si autem regius, Romanus, aut ecclesiasticus taliter egerit, cum legitimo numero similiter studeat implere, aut legitimam solutionem restituat.

### TIT. LXVII. (69.) De eo qui filium non relinquunt.

I. Si quis moriens debitonus *l)*, aut testamenta venditionis seu traditionis aliqua fecerit, si filios aut filias non relinquerit, quicunque de parentibus suis, quantum unus solidus valet, in hereditatem acceperit, vel cui we regildus eius, si imperfectus fuisset, legitimate obveniebat, omne debitum per ipsum solvi iudicatur, et omne factum eius idoneare studeat, aut culpam incurrat.

II. Si quis autem post fidem factam sacramenti in hostem bannitus fuerit, si non perrexerit *m)*, post quadraginta noctes; si autem perrexerit, post armorum *n)* positionem super quatuordecim noctes coniurare studeat.

III. Quod si sacramentum ille, qui prosequitur, non pronuntiaverit, ipse qui placitavit *o)* ante annum revolutum vel septem noctes sacramentum suum coram testibus offerat, et coniurare studeat, et deinceps innocens habeatur.

IV. Si autem non adimpleverit, omnem repetitionem cum legis beneficio restituat.

---

*d)* Herold. *actorem* *e)* Cod. reg. *sacr. non iurasset.* *f)* Met. et Lind. *aliq. a dextr. aliquibus a sin. stant.* Corbion. *aliquos a dextr. stant.* *g)* Met. *anterius.* *h)* Lindenbr. *dixerint.* *i)* Lind. *studeant.* *k)* Herold. et Lind. *accipiant.* *l)* Cod. reg. *debiturus.* Sangall. Herold. et Lind. *debitor.* *m)* Desunt apud Herold. *n)* Corbion. et Sangall. *arma.* *o)* Herold. et Lind. *placuit.*

V. Si quis pro hereditate vel pro ingenuitate certare coeperit post malo ordine *p)* cum sex in Ecclesia coniuraret, et cum duodecim ad stappulum Regis in circulo et in hasla *q)* hoc est in ramo, cum verborum contemplatione coniurare studeat. Si non adimpleverit, cum legis beneficio restituat. Aut si quis eum contra prendere voluerit, aut cum armis suis se defensare studeat ante Regem, aut omnem repetitionem cum legis beneficio restituat.

### TIT. LXVIII. (70.) De osse super viam sonante, vel absque effusione sanguinis.

I. Si quis in capite vel in quocunque libet membro plagatus fuerit, et os exinde exierit, quod super viam duodecim pedum iu scuto iactum sonaverit, triginta sex solidis factus ei *r)* culpabilis iudicetur.

II. Si autem plura ossa exierint, pro unoquoque osse sonante solidus addatur.

III. Quod si factum negaverit, quod talis plaga non fuerit, in quantum confessus fuerit, solvat et de reliquo cum sex iuret. Aut si non dixerit *s)* verbum tam ipse quam coniuratores sui, qui iurare coeperunt *t)*, cum quindecim solidis restituant.

IV. Quod si quis absque effusione sanguinis in quocunque libet membro os fiegerit, octodecim solidis culpabilis iudicetur, aut cum sex iuret, quod os fractum non fuisset, et tunc unum solidum componat.

V. Quod si quis absque effusione sanguinis alium brachio, pede, oculo, auditu, muccatu *u)*, vel quocunque libet membro mancaverit, sic eum componat, ac si cum gladio ipsum debilitasset.

### TIT. LXIX. (71.) De eo qui Regi infidelis extiterit.

I. Si quis homo Regi infidelis extiterit, de vita componat, et omnes res eius fisco censeantur.

II. Si autem quis proximum sanguinis interficerit, vel incestum commiserit, exilium sustineat, et omnes res eius fisco censeantur.

### TIT. LXX. (72.) De homine a ligno imperfecto.

I. Si quis homo a ligno seu aliquolibet manufactile fuerit imperfectus, non solvatur; nisi forte quis auctorem inter-

---

*p)* Sangall. certare cooperint post malo ordine. Met. post malo ord. cooperit cert. Til. cert. coop. pro mal. ord. Herold. cert coop. pro mallo. ordine. Lind. chartam receperit pro mal. ord. *q)* Guelf. et Sichard. haslo. Til. asla. Goth. collere. *r)* Lind. factum eius. *s)* Cod. reg. Met. Sangall. et Herold. direxerit. Til. direpserit. *t)* Til. debuerant. *u)* Herold. et Lind. addunt: *digitio*.

fectionis in usus proprios adsumpserit, tunc absque fredo culpabilis iudicetur.

II. Si quis autem fossam vel puteum fecerit, seu pedicam vel balistam incaute posuerit, et ibidem hominem vel pecus debilitaverit vel interficerit, omni compositione, si-  
cut lex continet Ripuaria, culpabilis iudicetur. Aut si ne-  
gaverit, cum legitimo numero iuret.

III. Quod si in sepem animal impalaverit, et ipsa se-  
pis mentonalis non fuerit, dominus sepis, interfectionis seu  
debilitatis reus  $v$ ) culpabilis iudicetur  $w$ ).

IV. Si autem virga de foris sepe incaute missa fuerit,  
et aliquid interficerit, solvatur. Si autem de intus sepe se  
in virga impalaverit, non est solvendum.

V. Quod si quis in sepem vel in quoconque libet pe-  
riculo res alienas invitatas minaverit, et ibidem interfectae  
vel debilitatae fuerint, similes restituat, aut cum sex iuret,  
quod hoc non fecisset.

#### TIT. LXXI. (73.) De festuca intercurrente.

De quacunque causa festuca intercesserit  $x$ ), lacina  
interdicatur se cum sacramento idoneare  $y$ ).

#### TIT. LXXII. (74.) De homine intertiato vel pe- core mortuo.

I. Si quis hominem intertiaverit, et infra placitum  
mortuus fuerit, in quadruvio cum retorta in pede sepelia-  
tur, et ibidem ad diem placitus cum testibus accedat, et  
cum ipsis sex, qui eum sepelire viderunt, in haraho con-  
iuret, quod ibidem ipse intertiatus absque interfectione ho-  
minum, pecudum, vel alterius rei, nisi communi morte  
consumptus sepultus iaceat, et ipsam retortam in pede ha-  
beat et per ipsam retortam super ipso sepulchro semper de  
manu in manum ambulare debet, usque dum ad eam ma-  
num veniat, quae eum inlicito ordine vendidit vel fura-  
vit. Quod si ita non fecerit, capitale et delatura cum le-  
gis beneficio seu cum furto culpabilis iudicetur.

II. Si autem ei  $z$ ) fuga lapsus fuerit, si infra duca-  
tum, super quatuordecim noctes; si extra ducatum, super  
quadraginta noctes; quod si extra regnum, super octua-  
ginta placitus ei concedatur  $a$ ). Quod si intra  $b$ ) placi-  
tum eum repraesentare non potuerit, capitale et delatura  
seu surto vel legis beneficio culpabilis iudicetur.

---

$v$ ) Cod. reg. debilitationis rei. Corbion, debilitatem rei.  $w$ ) Til.  
et Lind. addunt: aut si negaverit cum legitimo numero iuret.  $x$ )  
Herold. interficerit.  $y$ ) Herold. sed cum sacramento se idoneare.  
Cod. Met. idoneare studeat.  $z$ ) Herold. is.  $a$ ) Cod. reg. plac. ei con-  
stituantur vel conced. Til. planctus ei conced.  $b$ ) Herold. et Lind. infra.

III. Si autem eum interfecerit, nisi in quadruvio cum retorta sepultus, ipse capitale et delatura cum furto seu cine werdunia vel legis beneficio culpabilis iudicetur.

IV. Si autem aliquid culpae commiserit, dum intertia-tus est, ipse de hoc culpabilis iudicetur, qui eum eo tem-pore post se retinuit.

V. Si homo commendatus vel fugitivus defunctus fue-rit, similiter in quadravio cum retorta sepeliatur. Quod si ita non fecerit, ipse, qui eum post se retinuit, pretium rei cum legis beneficio culpabilis iudicetur.

VI. Si autem animal intertiatum infra placitum mor-tuum fuerit, tunc ille, qui causam prosequitur, cum testibus memorare debet, qualiter adpretiatum fuerit, et ille, super quem intertiatur, corio cum capite decorticato c) in praesentia iudicis auctorem suum ostendere debet. Quod si auctor receperit, tantum solidum unum de cine werdunia pro corio restituat.

VII. Quod si animal vivum fuerit, sed debilitatum vel macilentum, quantum eo tempore adpretiatum fuerit, sic de cine werdunia restituat. Si autem sanum vel immaculatum restituerit, tunc omne pretium suum recipiat.

VIII. Quod si furto ablatum fuerit, tunc ille super quem intertiatum fuerit, capitale et delatura cum furto cul-pabilis iudicetur.

IX. Vestimenta d) autem seu his similia absque pro-babili signo intertiare prohibemus.

### TIT. LXXIII. (75.) De homine ligato absque iudicio dimisso.

I. Si quis ingenuus Ripuarius furem e) ligaverit, et eum absque iudicio Principis solvere praesumpserit, sexaginta solidis culpabilis iudicetur.

II. Si quis eum per vim tulerit, sexaginta solidis cul-pabilis iudicetur.

III. Si autem ligatus fuga lapsus fuerit, et hoc cum sex iuraverit, quod absque eius voluntate fuga lapsus fuisse, innocens habeatur.

IV. Si autem, cui commendatus fuerit, fuga evaserit, sexaginta f) solidis culpabilis iudicetur.

### TIT. LXXIV. (76.) Ut nullus cum servo tradi-tionem vel commutationem faciat.

Hoc autem constituimus, ut nullus cum servo alieno negotium faciat vel commutationem facere non praesumat,

c) Cod. reg. *descorticato*. Corbion *decorticato*. Met. *decoriato*.

d) Herold. *vestimentum*. e) Corbion. *furonem*, f) Lind. *XL. sol.*

**nec ei ullam commendationem vel traditionem faciat, nec a servo quisquam commendatam vel traditam rem recipiat.** Si quis autem post hanc diffinitionem servo aliquid commendare praesumpserit, nihil recipiat, et dominus eius de hoc innocens habeatur. Similiter de puerō, vel de muliere alterius constituimus.

### TIT. LXXV. (77.) De re propria vel secuta.

Si quis caballum, hominem, vel quamlibet rem in via propriiserit, aut eum secutus fuerit, per tres marcas ipsum ostendat, et sic postea ad Regis stappulum ducat. Sin autem aliter egerit, fur iudicandus est. Quod si quis latroni aliquid tulerit, similiter faciat.

### TIT. LXXVI. (78.) De materiamine vel lignis furatis.

Si quis Ripuarius in silva communi seu Regis vel aliquius locata materiamen vel ligna fissa abstulerit, quindecim solidis culpabilis iudicetur. Sic de venationibus vel de piscationibus; quia non res possessa est, sed de ligno *g*) agitur. Aut si negaverit, cum sex iuret *h*).

### TIT. LXXVII. (79.) De homine furbattudo.

Si quis hominem super rebus suis comprehendenterit, et eum ligare voluerit, aut super uxorem, seu super filiam, vel his similibus, et non praevaluerit ligare, sed colpus *i*) ei excesserit, et eum interficerit, coram testibus in quadruvio in clida *k*) eum levare debet, et sic quadraginta seu quatuordecim noctes custodire, et tunc ante iudicem in haraho coniuret, quod eum de vita forfactum *l*) interfecisset. Sin autem ista non adimpleverit, homicidii culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum legitimo numero iuret, quod hoc non fecisset.

### TIT. LXXVIII. (80.) De eo qui furem in domo receperit.

Si quis furem in domo receperit, vel ei hospitium seu victimum praestiterit, dum res alienas furatus fuerit *m*), ipse similis furi *n*) culpabilis iudicetur, aut cum sex iuret, quod eum nec celasset nec in domo pavisset.

*g*) Cod. reg. et Corbion. *ligna*. *h*) Met. et Herold. *cum tribus iuret*. Corbion. *cum tres iurit*. *i*) Cod. reg. et Corbion. *colebus*. Lind. *procolpus*. Til. *pro colibus*. Herold. *colaphus*. *k*) Met. *clita*. Corbion. *inclinata*. *l*) Til. *forfaictum*. *m*) Cod. reg. et Corbion. *furatus fuerit*, *n*) Reg. *furonii*, Corbion. *furonem*.

**TIT. LXXIX. (81.) De homine penduto et eius hereditate.**

Si quis homo propter furtum comprehensus fuerit, et legitime superiuratus *o*), et iudicio principis pendutus, vel in quoconque libet patibulo vitam finierit, omnes res eius heredes possideant, excepto capitale et delatura in locum restituant *p*).

**TIT. LXXX. (82.) De via lacinia.**

Si quis Ripuarium ingenuum Ripuarium de via sua obstaverit, quindecim solidis culpabilis iudicetur, aut cum sex iuret, quod ei viam suam cum armis nunquam contradixisset.

**TIT. LXXXI. (83.) Ut parvulus non respondeat ante quindecim annos.**

Si quis homo Ripuarius defunctus fuerit, vel interfec-tus, et filium reliquerit, usque ad quintum decimum annum plenum nec causam prosequatur, nec in iudicio interpellatus responsum reddat. Quindecimo autem anno aut ipse respondeat, aut defensorem eligat. Similiter et filia.

**TIT. LXXXII. (84.) De damno in messe vel in clausura.**

I. Si quis Ripuarius in messe aliena vel in quacunque libet clausura damnum fecerit, aestimatione damni culpabilis iudicetur. Si autem negaverit, et convictus fuerit, capitale cum furto *q*) et delatura (culpabilis iudicetur *r*).

II. Si quis peculium alienum in messe adprehensum ad patricium *s*) minare non permiserit, quindecim solidis culpabilis iudicetur, aut cum sex iuret, quod hoc non fecisset.

**TIT. LXXXIII. (85.) De maleficio.**

I. Si quis vir seu qua mulier Ripuaria per venenum, seu per aliquod maleficium aliquem *t*) perdiderit, werigildum componat.

*o*) Reg. si periuratus. Til. superatus. *p*) Cod. reg. constituant. Corbion. exc. cap. et del. rest. Met. exc. cap. et dil. quae in locum restitui debent. Herold. excepto quod cap. et del. in loc. rest. Lind. exceptis capitali et dil. quae in loc. rest. *q*) Cod. reg. taxaga. Corbion texaca. Herold. furca. *r*) Met. restituat. *s*) Cod. reg. patricium. Corbion. paricum. Met. parium. Til. et Lind. parcum. *t*) Cod. reg. Si quis virum seu mulierem Ripuariam per malef. aliquod. Corbion. Si quis baro seu qua mul. Rib. per malef. aliquem.

II. Si autem mortuus non fuerit, et varietatem senilitatem probabilem ex hoc in corpore habuerit, centum solidis et publicis iudicetar, ut cum sex iuret.

#### TIT. LXXXIV. (86.) De Grafione iniuste invitato.

Si quis Grafionem ad res alienas iniuste tollendas inviterit, quadraginta quinque solidos componat, et similiter restituat.

#### TIT. LXXXV. (87.) De corpore expoliato.

I. Si quis corpus mortuum, priusquam sepieliatur, expoliaverit, centum solidis cum capitale et delatura multetur.

II. Si autem eum ex humo traxerit, et expoliaverit, ducentis solidis cum capitale et delatura culpabilis iudicetur, vel wargus sit, hoc est expulsus *u*), usque dum parentibus satisfaciat.

#### TIT. LXXXVI. (88.) De caballo excorticato.

I. Si quis caballum alterius mortuum seu quodcumque libet animal extra consilium domini sui excorticaverit, triginta solidis culpabilis iudicetur.

II. Si autem negaverit, et convictus fuerit, centum solidis cum capitale et delatura multetur.

#### TIT. LXXXVII. (89.) De homine forbannito.

Si quis hominem, qui forbannitus est, in domum recipere prae sumpserit, si Riparius est, sexaginta solidis, si regius, Romanus, vel ecclesiasticus, triginta solidis culpabilis iudicetur.

#### TIT. LXXXVIII. (90.) Ut nemo munera in iudicio accipiat.

Hoc autem consensu et consilio seu paterna traditione et legis consuetudine super omnia iubemus, ut nullus optimatus, maior domus, domesticus, Comes, Grafo, Cancellarius, vel quibuslibet gradibus sublimatus, in provincia Ripuaria in iudicio residens munera ad iudicium pervertendum non recipiat *v*). Quod si quis in hoc deprehensus fuerit, de vita componat.

*u*) Herold. *vuargussit ob hoc expulsus, exulet usque etc.* *v*) Met, Herold. et Lind. *ut optimates, maiores domus, domestici, comites, grafiones, cancellarii, vel quib. grad. sublimati etc. residentes etc.*

**TIT. LXXXIX. (91.) Ut iudices sive missi w) Re-**  
**cales feda non exigant priusquam facinus**  
**componatur. x)**

Nec nullus y) iudex fiscalis de quacunque libet causa feda non exigat priusquam facinus componatur. Si quis autem per cupiditatem ista transgressus fuerit, legibus componatur. Fredum autem non illi iudici tribuat, cui culpam commisit; sed illi, qui solutionem recipit, tertiam partem coram testibus fisco tribuat, ut pax perpetua stabilis permaneat. Amen. z)

EXPLICIT LEX RIUARIORUM DEO GRATIAS. AMEN.

w) Herold. seu commissi. x) Cod. Spangenb. comprobatur.  
y) Cod. Spangenb. Herold. et Lind. Hoc quoque iubemus, ut iudices supra nominati, sive fiscales de quacunque libet causa feda non exigant. z) Herold. Fredum autem non illi Iudici tribuat, cui culpam commisit, sed illi qui solutionem recipit. Tertiam partem coram testibus tribuat, ut pax perpetua stabilis permaneat. Alias huius capituli varietates quaere ex legibus Langobardicis Caroli Magai c. CXXVII.